

2

PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE DE CIVITATE ET CONVIVIO

(vol. III, p. 843—919. 1058. Eph. II, 452—466. IV, 181—187).

LXVIII. DOMITIANVS AVRELIO QUIETO.

Leges de civitate veteranorum adhuc notae cum singulae ad singulos exercitus pertineant, haec exceptionem facit specie magis quam ipsa re. Agitur enim ni fallor non de exercitibus duobus Germaniae superioris et Moesiaco, sed de illo solo comprehensis numeris quibusdam eo tempore ad expeditionem nescio quam in Moesiam missis; pariter atque in lege Traiani (n. XXVI p. 869) enumerantur primum alae cohortesque *quae sunt in Pannonia inferiore sub P. Afranio Flaviano*, deinde additur *ala I Flavia . . missa in expeditionem*. Id ita esse colligitur ex iis quae de alis cohortibusque his cum alibi traduntur tum maxime in lege huic quodammodo genella n. IX p. 852 data eiusdem provinciae auxiliis anno p. C. 74, id est ante hanc octavo. Alae in utraque lege recensentur eadem sex eodemque ordine, nisi quod Picentiana Scubulorumque locum mutarunt; at quae sexta est Germanicarum legis prioris, secundum posteriorem in Moesia agit. Cohortium autem undecim, quae in hac lege enumerantur, octo redeunt in altera a. 74, nempe in Germania morantes I. III. IV Aquitanorum, I Asturum, VII Raetorum, I Thracum, morantes in Moesia duae III Gallorum et V Hispanorum, quarum illam in Moesia mansisse ostendunt diptycha posteriora (vol. III p. 1151). Iis fortasse nonam addere licebit II Aquitanorum; nam cum in lege antiquiore Aquitanorum nominentur cohortes duae primae veterana et Biturigum, probabile est ab hac cohorte I Aquitanorum Biturigum cohortem Aquitanorum II legis posterioris itemque II Biturigum tituli Mogontiacensis (C. I. Rh. n. 1120) nomine tantum differre. Cohortium duarum in Germania tendentium quae restant I Germanorum et II Raetorum leges aliae ostendunt illam a. 116 in Germania superiore tetendisse, hanc a. 108 in Raetia castra habuisse, a. 116 item in Germania superiore.

a. 82 d. Sept. 19.

Tabellae aeneae altae *verschok* 5, latae *versch.* 5 $\frac{1}{2}$, repertae in vico Debeletz
(hora una ad meridiem a Tirnowa non longe a Nicopoli Moesiae infe-
intus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI VESPASIANI F DOMITIANVS
AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS · TRIBVNIC PO
TESTAT · II · IMP · II · P · P · COS O VIII · DESIGNAT · VIII
5 IIS QVI MILITAVERVNT EQVITES ET PEDITES IN A
LIS QVINQVE · ET COHORTIBVS NOVEM QVAE AP
PELLANTVR I FLAVIA GEMINA ET I CANNE
NEFATIVM ET · II FLAVIA GEMINA ET SCVBV
LORVM ET · PICENTIANA ET I GERMANORVM
ET · I AQVITANORVM ET · I ASTVRVM ET · I THRA
10 CVM ET II RAE TORVM ET II ET · III ET · III AQVITANO
RVM ET VII RAE TORVM ET SVNT IN GERMANIA
SVB · Q · CORELLIO · RVFO · ITEM · IN ALA · CLAVDIA
NOVA ET COHORTIBVOS DVABVS III GALLO
RVM ET · V HISPANORVM QVAE SVNT IN MOE
15 SIA SVB · C · VETTVLENO CIVICA CERIALE
QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPEN

tabella posterior.

DIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSI
ONE QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT
IPSIS LIBERIS POSTOERISQVE EORVM CIVI
20 TATEM DEDIT ET CONVBIVM CVM VXORIBVS
QVAS TVNC HABVSSENT CVM EST CIVITAS
IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES · ESSENT CVM
IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
GVLI SINGVLAS

25 A D XII K OCTOBR
M LARCIO MAGNO POMPEIO SILONE
COS
T AVRELIO QVIETO
COHORT I AQVITANORVM CVI PRAEEST
30 M GENNIVS M F CAM CARFINIANVS
EX PEDITIBVS
L VALERIO L F PVDENTI ANCYR
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AE
NEA QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO

II fin. GERMANIA exemplum scriptum.

rep. Debeletz, servata Tirnowae.

rioris) in sepulero a rustico quodam; sunt Leskovetz prope Tirnowam apud dominum Jekov.

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI VESPASIANI F DOMITIANVS
 AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC
 POTESTAT · II · IMP · II · P · P · COS · VIII · DESIGNAT · VIII
 IIS QVI MILITAVERVNT EQVITES ET PEDITES IN A
 5 LIS QVINQVE ET COHORTIBVS NOVEM QVAE AP
 PELLANTVR · I · FLAVIA · GEMINA · ET · I · CANNENEF
 TIVM ET II FLAVIA GEMINA ET SCVBVLORVM ET
 PICENTIANA ET I GERMANORVM ET I AQVITANO
 RVM · ET · I · ASTVRVM · ET · I · THRACVM · ET · II · RAETORVM
 10 ET · II · ET · III · ET · III · AQVITANORVM · ET · VII · RAETORVM
 ET SVNT IN GERMANIA SVB · Q · CORELLIO RVFO
 ITEM IN ALA CLAVDIA NOVA ET COHORTIBVS DV
 ABVS · III · GALLORVM · ET · V · HISPANORVM QVAE
 SVNT IN MOESIA · SVB · C · VETTVLENO CIVICA CE
 15 RIALE QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPEN
 DIIS · EMERITIS · DIMISSIS · HONESTA MISSIONE
 QVORVM NOMINA · SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS
 LIBERIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT
 ET · CONVBIVM CVM VXORIBVS QVAS · TVNC · HABV
 20 ISSENT · CVM EST CIVITAS · IIS DATA · AVT SI QVI CAE
 LIBES ESSENT · CVM · IIS QVAS POSTEA · DVXISSENT
 DVM · TAXAT SINGVLI · SINGVLAS
 A · D · XII · K · OCTOBR
 M · LARCIO · MAGN · O · POMPEIO · SILONE
 25 T · AVRELIO · QVIETO CoS
 COHORT · I · AQVITANORVM CVI · PRAEEST
 M GENNIVS M F CAM · CARFINIANVS ·
 EX PEDITIBVS
 L VALERIO L · F · PVDENTI ANCYR
 30 DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
 QVAE FIXA EST ROMAE IN TRIBVNA
 LI · CAESARVM · VESPASIANI · T · DOMITIANI

tabella posterior.

	Q · MVCI	⊙	AVGVSTALIS
	C · POMPEI		EVTRAPELI
35	C · IVLI		CLEMENTIS
	L · PVLLI		SPERATI
	P · ATINI		RVFI
	C · LVCRETI		MODESTI
	P · ATINI	⊙	AMERIMNI

30 post RECOGNITVM ins. EST exemplum editum errore.

Imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus pontifex maximus, tribunici(a) potestat(e) II, imp(erator) II, p(ater) p(atriciae)¹⁾, co(n)s(ul) VIII, designat(us) VIII

iis qui militaverunt equites et pedites²⁾ in alis quinque et cohortibus novem, quae appellantur (1) I Flavia gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia gemina et (4) Scubulorum et (5) Picentiana, et (1) I Germanorum et (2) I Aquitanorum et (3) I Asturum et (4) I Thracum et (5) II Raetorum et (6) II et (7) III et (8) III Aquitanorum et (9) VII Raetorum, et sunt in Germania³⁾ sub Q. Corellio Rufo⁴⁾; item in ala Claudia nova et cohortibus duabus (1) III Gallorum et (2) V Hispanorum, quae sunt in Moesia⁵⁾ sub C. Vettuleno Civica Ceriale⁶⁾, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, si qui caelibes essent, cum iis, quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas

a. d. XII k. Octobr. M. Larcio Magno Pompeio Silone⁷⁾, T. Aurelio Quieto⁷⁾ co(n)s(ulibus),

cohort(is) I Aquitanorum, cui praeest M. Gennius M. f. Cam. Carfinianus, ex peditibus L. Valerio L. f. Pudenti Ancyra).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio⁸⁾ in tribunali Caesarum Vespasiani, T(iti), Domitiani³⁾.

Descriptam a. 1879 a P. A. Syrku candidato in universitate Petropolitana misit mihi professor eiusdem I. Ponialowsky; idem edidit in commentariolo inserto ephemeridi cuidam Petropolitanae a. 1880 inscripto Russice 'diplomata duo militaria Romana inventa in Bulgaria' (8. pp. 46).

¹⁾ *Pater patriae* quod est, a prioribus imperatoribus ante consulatum collocari solere, a Domitiano inde post consulatum monui *Staatsrecht* 2² p. 761. Iam haec lex antiquissima Domitianarum data a. 82 d. Sept. 19 cum illam consuetudinem sequatur, quae post eam venit n. XII data a. 85 d. Sept. 5 recentiorem, mutatio inter hos dies concluditur.

²⁾ Verba haec redeunt in solis legibus a. 80 et 85 (cf. vol. III p. 906) huic tempore proximis.

³⁾ Germaniam ex numeris efficitur intellegi superiorem, pariter atque in lege simillima n. IX (vol. III p. 852), potuitque determinatio omitti, cum legati nomen sufficeret.

⁴⁾ Corellius Rufus notus ex epistulis Plinianis (v. indicem meum p. 407) voluntaria morte obiit a. 97 vel 98 annos natus LXVIII. Praenomen adhuc ignorabatur, nec magis noramus legatum eum a. 82 praefuisse Germaniae superiori.

⁵⁾ Moesiam probabile est circa hos ipsos annos divisam esse (cf. Henzen ann. inst. 1857 p. 19); nondum divisam esse eo ipso tempore, quo haec lex data est, ex ea colligi nequit, cum Germania quoque sine dubio multo ante divisa sine additamento procedat.

6) C. Vettulenus Civica Cerialis iusto nomine nunc demum innotescit; nam qui nuper de eo egerunt Leo Renier (*conseil de guerre de Titus* p. 34 seq.) et Waddington (ad Lebasium III p. 709), eos iam apparet duos homines confundisse, Sex. Vettulenum Cerialem et hunc C. Vettulenum Civicam Cerialem illius opinor filium. Et illius quidem tria nomina sine honoribus habet titulus Venafranus I. R. N. 4636 ab uxore eius positus patii equestribus militiis sub Augusto et Tiberio functo; eundem bello Iudaico a. 69/70 Iosephus 3, 7, 34 et 6, 4, 3 (ubi est Σέξτος Κερραίλιος et Σεξτου Κερραιλίου) et 3, 7, 32. 4, 9, 9 (ubi est Κερραίλιος vel Κερραίλιος) et 7, 6, 1 (ubi est Κερραιλίου Ούετιλιανου) scribit praefuisse legioni V Macedonicae. Quo loco ei praefuerit, non tam certum est quam somnia esse quae Renierius hac occasione protulit de praefecto equitum legionis, qui nullus umquam fuit, similiaque plura. Apud Iosephum quod legitur 3, 7, 32: ἐπαρχον ὄντα τοῦ πέμπτου τάγματος et 6, 4, 3: τὸ πέμπτον ἄγοντος τάγμα eo ducunt aut legatum eum fuisse aut certe praefectum vices legati facientem; illud equidem praetulerim, cum praesertim 7, 6, 1 addatur: εἰς τὴν Ἰουδαίαν πρεσβευτῆς Λουκίλιος Βάσπος ἐκπεμφθεὶς καὶ τὴν στρατιὰν παρὰ Κερραιλίου Ούετιλιανου παραλαβών. Contra qui facere videtur locus 3, 7, 34: Σέξτος τις Κερραίλιος χιλιάρχος καὶ Πλάμιδος evidenter mendosus est et ita fere corrigendus Σέξτος Κερραίλιος καὶ χιλιάρχος τις Πλάμιδος, alterius enim paullo ante Iosephus meminerat. — Diversus est C. Vettulenus Civica Cerialis, quem titulus Chersonesitanus allatus a Waddingtonio: . . . Κερραίλιον ἀντοκράτορος Οὐ[εσ]πασιανου Καίσαρος Σεβαστου πρεσβευτην καὶ ἀντιστρατήγον ostendit imperante Vespasiano Moesiae praefuisse, haec lex a. 82 item Moesiae legatum facit, ut ab a. certe 79, quo obiit Vespasianus, ad a. 82 eum locum obtinuerit necesse sit. Idem est Civica Cerialis in ipso Asiae proconsulatu paullo ante, quam Agricolae de eo sortiendum erat, a Domitiano occisus (Tacitus Agr. 42; Suetonius Dom. 10). — Avus hic fuisse videtur consulis ordinarii a. 137 Sex. Vettuleni Civicae Pompeiani.

7) Consulum horum nomina alibi non repperi, nisi forte alterius meminit Celsus aequalis Plinii iunioris (apud Ulpianum Dig. 17, 1, 16): *cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius quos Ravennae habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphaeristerium et hypocausta et quaedam ipsius valetulini apta sua impensa faceret.*

8) in capitolio *om. extr.*

9) in trib. — domitiani *om. intus.* Inter loca aedi Iovis Capitolini proxima, in quibus ad a. certe 86 aera haec figebantur (vol. III p. 916), tribunalis meminerunt duo eorum a. 86 n. XIII. XIV sic: *in Capitolio post tropaea Germanici in tribunali quae sunt ad aedem Fidei p. R.* Videtur tamen tribunal Germanici (id ipsum opinor, cuius meminit senatus consultum de excessu eius VI n. 912 v. 12: *in tribunali marmoreo*) diversum fuisse ab hoc Flavio. Inveniuntur aliquoties tribunalia, fere ut arae, modo defunctis dedicata honore singulari (Tacitus ann. 2, 83: *tribunal Epidaphnae, quo in loco vitam finierat Germanicus*) nec nisi permittente collegio pontificum (cf. titulus Beneventanus I. R. N. n. 1537: *cas disomum . . . posuit et tribunal ex per-*

missu pontif. perfecit), modo numinibus (Orelli 2062; Grut. 1074, 10; cf. vol. VI n. 3559). *Tribunal* autem *Vespasiani Titi Domitiani* cum appareat dedicatum esse per initia principatus domus Flaviae, plane singulare est et generis sui. Hoc probabile omnia tribunalia honorati statuam sustinuisse.

LXIX. TRAIANVS

a. 98 rep. Flémalle, est Leodii.

Rep. a. 1880 exeunte inter Flémalle (a Lüttich meridiam versus) et Chokier, adservata Lüttich (Liège) in museo societatis artium et historiae.

intus: tabella prior.

extrinsecus: tabella prior.

.	VAE F NERVA TRAIANVS
FIDA VARD.	ICVS PONTIFEX MAXIMVS
II LINGONVM ET II NE.	OTESTAT COS II
IN BRITANNIA SVB T AV	VS QVI MILITANT IN ALIS
DIMISSIS HONESTA M	5	VS SEX Q//E APPELLA//R
5 NEPOTE QVI QVINA ET.	A C R ET I TVNGRORVM
PENDIA MERVERVNT	RVM ET I HISPANORVM
SVBSCRIPTA SVNT	FIDA VARDVLLORVM · C · R ·
RISQVE EORVM C O	INGONVM ET II NERVIO
CONVBIVM CVM VX	10	ANNIA SVB T AVIDIO
10 HABVISSENT CV	S HONESTA MISSIONE A
.	QVINA ET VICENA PLVRA
.	RVNT QVORVM NOMI
.	IPSI LIBERIS POSTERIS
.	15	M DEDIT ET CONVBIVM
.	TVNC HABVISSENT C//
.

[Imp. Caesar, divi Ner]vae f., Nerva Traianus [Augustus German]icus, pontifex maximus, [tribunicia p]otestat(e), co(n)s(ul) II¹)

[e]quitibus et peditib[us] qui militant in alis [duabus et cohortib]us sex q[ua]e appella[ntu]r (1) [I] a c(ivium) R(omanorum)²) et (2) I Tungrorum³), [et (1) I] rum et (2) I Hispanorum [. et (3) I] fida Vardullorum c(ivium) R(omanorum) [et] (4) et (5) II Lingonum et (6) II Nervio[rum]⁴) et sunt] in Britannia sub T. Avidio [Quieto⁵], item] dimissis honesta missione a Nepote⁶), qui quina et vicena plura[ve sti]pendia meruerunt

quorum nomi[na] subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum c[ivitate]m dedit et conubium cum ux[oribus] quas tunc habuissent, cu[m] est civitas iis data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas]

Prodiit primum in eph. *Gazette de Liège* 17. Febr. 1881, quam non vidi, deinde cura Schuermansii in eph. Bruxellensi *Bulletin des Commissions royales d'art et d'archéologie* vol. 20 (1881) p. 123.

1) Idem honores redeunt in lege eiusdem anni vol. III p. 862 n. XIX.

2) Requiritur ala aliqua prima, quoniam altera prima sequitur, nomen habens bipertitum tam a populo quam a duce ductum litterarum c. XV, denique appellata civium Romanorum. His numeris omnibus quae satisfaciat nullam repperi.

3) Redit in exercitu Britannico a. 105 (vol. III p. 866 n. XXIII). Ex ea veteranum fuisse, cui hoc privilegium datum sit, probabiliter coniecit Schuermans; locus enim in quo repertus est olim Tungrorum videtur fuisse. Omnino qui id impetravit, non in Britannia mansit, sed post missionem domum reversus est.

4) Ex cohortibus sex, ad quas privilegium pertinuit, quattuor, quarum nomina supersunt, omnes redeunt in lege pariter ad Britanniam pertinente a. 124, pleraeque aliunde quoque satis notae sunt. Desiderari primam patet; altera quae deficit dubium est utrum exciderit post I Hispanorum an post I Vardullorum; spatium utroque loco sufficit, sed posteriorem non habemus quomodo expleamus nisi cohortis vocabulo inserto, priore aliud aliquod vocabulum ad *Hispanorum* potest adiectum fuisse, quamquam cohors haec in Britannia sub eo nomine solo saepius memoratur.

5) De T. Avidio Quietto haec adhuc innotuerunt. Praenomen nuper aperuerunt fistulae urbanae editae a C. L. Viscontio *Bull. della comm. arch. di Roma* 5 p. 73 et a Lanciano in egregio commentario *le acque e gli acquedotti* p. 221 n. 64 p. 240 n. 191. Tegulae quoque eiusdem viri, sed praenomine carentes innotuerunt tam ex urbe Roma (Visconti l. c. p. 75) quam ex insula Sardinia, ubi vidi ipse in museo Cagliariitano (Spano *iscr. figurarie sarde* p. 19 n. 35). Eundem a. 89 provinciae Thraciae praefuisse legatum imp. Domitiani nuper ostendit decretum urbanum insigne editum vol. VI n. 3828, aere incisum a Viscontio (l. c.), unde item didicimus (quamquam Marquardtius in nupera recognitione *Staatsverwaltung* I p. 314 invento usus non est) non Traianum, ut adhuc statuebant, sed Domitianum ei provinciae legatum dedisse. Eundem esse proconsulem nescio cuius provinciae Quietum, quem laudat amicus eius Plutarchus quaest. conv. 2, 1, 5, probabiliter posuit Patzig (quaest. Plutarchaeae. Berolini 1876 p. 48), quamquam de lectione non satis constat Macrobiusque hunc locum compilans ut recte hominem Domitiani temporibus adiudicavit, ita nomen eius male in L. Quinti corruptit. Nam veri simile est, ut Patzigius exposuit, hunc alterum esse ex fratribus duobus, quibus Plutarchus librum de fraterno amore dedicavit, Quinto — immo Quietto — et Nigrino, eosque fuisse Avidios; denique Κόμης, ut est in libri de sera numinis vindicta dedicatione, et ipsum mutandum esse in Κόρυς. A. 97 in senatu sententiam tulit (Plinius ep. 9, 13, 13). Obit ante a. 107 (Plinius ep. 6, 29, 1; cf. index Plin. p. 403). Huic cum legatio Britannico a. 98 egregie conveniat, cognomen supplementis inserere non dubi-

tari. In umbone autem scuti aeneo reperto in Britannia vol. VII n. 570 eum dubitans legerit Augustus Franks ΕΟ·ΑΥΙΡΛ·QVINTO, ibi legatum non audeo agnoscere, quamquam litterae non magnopere distant ab AVIDIO QVINTO, quoniam in militum armatura si qua nomina inveniuntur, aut ipsorum esse solent aut centurionum. — Decretum Aezaniticum vol. III n. 355 Waddington in fastis Asiaticis p. 722 ed. mai. ad filium cognominem rettulit proconsulem Asiae imperante Hadriano, id quod mihi olim dissentienti iam et ipsi probatur.

6) *Leges* cum dimissorum militum passim mentionem iniciant, quinam dimiserit, non enuntiant praeter hanc. Ipsa res non offendit; nam mittendorum militum ius quamquam imperatorium est, quod per alium quis facit, id ipse videtur fecisse, et extant tituli militum missorum per legatum illum vel illum (vol. III n. 1078. 1172). Causa, cur praeter consuetudinem haec lex legatum dimittentem enuntiarit, eam fuisse crediderim, quod cum data est, Nepos nuper inde discessisset missione perfecta; contra sicubi legatus is, qui provinciae tum praeerat, cum lex lata est, eos de quibus agitur milites dimisisset, semel tantum nomen positum esse. Haec si recte posita sunt, non recte Borghesius (opp. 3, 195) legationem Britannicam C. Salvii Liberalis ad id tempus rettulit, quo Nerva et Traianus simul imperio praefuerunt; nec recte opinor ita evitatur scopulus *legati Augustorum* tituli Urbis salviensis (vol. IX n. 5533 = Orell. 1170). Nepos quinam intellegatur, ignoro; gentilicium, quod cum praenomine desideratur, litterarem fuit circiter quinque.

LXX. PIVS SECVNDO.

a. 153 rep. Regensburgi, est in museo Berolinensi.

Rep. Regensburgi prope ecclesiam Dominicanorum, dum aquaeductus fit, emit Schwarzenbergius Potsdamensis. Ab eo comparavit museum Berolinense.

intus: tabella prior.

TRAIANI
R T AELIVS
NVS AVG PIVS PONT
IMP II · COS IIII P P
5 IN AL IV ET COH XIV
VB VLPIO VICTORE
DIM HON MIS

extrinsecus: tabella prior.

N O M I N S V B S C R I
4 Q V I E O R N O N H A B
B C V M V X O R Q V A S T V
C I V I T I S D A T A V T C V M I S Q
5 X I S D V M T A X S I N G A D
B R V T T / O P R A E S
I V N I O R V F I N
A L A E I I F L ~ P F C V I P R
T I C L A V D I V S R V F V
10 E X G R E G A L I
S E C V N D O S A S I I · F
E T S E C V N D A E B O R I F I L
D E S C R I P T E T R E C O G N I T E X
Q V A E F I X A E S T R O M A E I N
15 T E M P L D I V I A V G A D M I

[Imp. Caesar, divi Hadriani f., divi] Traiani [Parthici nepos, divi Nervae] pr(onepos), T. Aelius [Hadrianus Antoni]nus Aug(ustus) Pius pont(ifex) [maximus, tribunicia potestate XVI.] imp(erator) II), co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriciae)

[equitibus et peditibus qui militaverunt] in al(is) IV et coh(ortibus) XIV¹⁾ [et sunt in Norico²⁾ s]ub Ulpio Victore³⁾ [quinis et vicens pluribusve stipendiis emeritis] dim(issis) hon(esta) mis(sione),

[quorum] nomin(a) subscri[pta] sunt, civitatem Roma]n(am), qui eor(um) non hab[erent, dedit et conu]b(ium) cum uxor(ibus), quas tu[nc] habuissent, cum est] civit(as) is data, aut cum is, qu[as] postea du]xis(sent) dum tax(at) sing(ulis).

a. d. . . . [C.] Brut[ti]o Praes[ente], A. Iunio Rufin[o] consulibus⁴⁾, alae II Fl(aviae) (miliariae) p(iae) f(idelis)⁵⁾, cui pr[ae]st[et] Ti. Claudius Rufu[s], ex gregal[e] Secundo Sasip(vel)r[i] f(ilio) et Secundae Bori fil(iae).

Descript(um) et recognit(um) ex [tabula aerea,] quae fixa est Romae in [muro post] templ(um) divi Aug(usti) ad Min[ervam].

Descripsi. Indicavit nobis Bormamus.

¹⁾ Praeter consuetudinem nomina alarum cohortiumque omissa sunt festinante eo qui descripsit, defectu eo magis molesto, quod haec prima lex prodit ad exercitum Noricum pertinens, neque aliunde de eo satis constat. Nomen eius ponunt nummi imp. Hadriani (Eckhel 6, 500). A. 69 sub procuratore Norici fuisse alam unam cohortesque octo Tacitus scribit (hist. 3, 5 cf. 1, 11. 70. 4, 70). Iam hoc certe intellegitur secundo saeculo parem fuisse exercitui Raetico, quem constat numeravisse ad minimum a. 108 alas IV cohortesque XI (D. XXIV vol. III p. 867), a. 166 alas III cohortesque XIII (D. LXI Eph. 4 p. 460).

²⁾ Hoc supplementum requiritur cum propter procuratorem (quem duabus provinciis ex ordine praefuisse equidem non statuerim) tum propter alam, nec recte inde, quod aes prodit ex castris Reginis, colligas veteranum, cuius fuit, mernisse in exercitu Raetico. Nam quamquam verum est veteranos plerumque in ea provincia mansisse ubi missionem accepissent (vol. III p. 916), hoc, ut ibidem monui, anxie premendum non est, nec longe castra illa Raetiae a Norici confiniis aberant.

³⁾ Ulpus Victor procurator Augusti nominatur in titulis Noricis Celeianis vol. III n. 5161. 5169 beneficiariorum suorum, quorum priorem in eadem statione fuisse sub alio procuratore, qui provinciam procuravit anno 158, ex titulis n. 5162. 5166 colligitur. Idem cum hoc loco intellegatur, procurationem Victoris pertinere ad a. 153 iam discimus.

⁴⁾ Consules cum ad a. certe 167 nulli in legibus nominentur nisi eo tempore fasces gerentes, probabile est hanc per primum eius anni nundinium latam esse.

⁵⁾ Ala II (sic omnino in aere est, non I) Flavia miliaria pia fidelis redit in lege a. 107 (D. XXIV vol. III p. 866), quo tempore in Raetia

merebat, item in titulo Augustano vol. III n. 5823, qui cum item legionis III Italicae mentionem faciat, verisimile est eam alam etiam post Marcum in eadem provincia constituisse. Nihilo minus post inventum titulum Concordiensem vol. V n. 8660 tabellasque Reginenses a. 166 (huius eph. vol. II p. 460) extra dubium est, ut has edens demonstravi, eo anno solas alas tres primas omnes Raetiae praesedis; itaque in diplomate anni 153 ad Noricum exercitum pertinente ala ea recte nominatur. Nec mirum est per hos maxime annos in praesidiis duarum provinciarum conterminarum multa novata esse numerosque stationes subinde mutasse. — Ad eandem alam Christius (in actis Monacensibus minoribus a. 1868 vol. 2 p. 436) refert titulos *alae Flaviae piae fidelis miliariae exercitus Raetici* vol. VI n. 3255 et *alae II Flaviae singularium* Augustanum vol. III n. 5822 probabiliter. *Alam II Flaviam Hispanorum civium Romanorum* titulorum Hispanorum (vol. II n. 2600 cf. n. 2554. 2637) et *alam II Flaviam Agrippianam* C. I. Gr. n. 3497 num item recte ad eam traxerit, magis dubium est. Ceterum ad quaestionem de qua nos agimus hi tituli omnes non perveniunt.

LXXI. MARCVS ET COMMODVS VALERIO VALENTI.

rep. Kadikoi, est Tirnowae. a. 178 d. Mart. 23.

Tabellae repertae inter rudera castris Romani Kadikoi quinque sexve horis a Tirnowa, sunt Leskovetz apud dominum Jekov.

(textum vide p. 506. 507.)

Imp. Caesar, divi Antonini fil., divi Ver[i Parthici] maximi frater¹⁾, divi Hadriani nepos, divi Traiani Parthici pronepos, divi Nervae abnepos M. Aurelius Antoninus Aug(ustus) Germanicus Sarmaticus, pontifex maximus, tribun(ia) potest(ate) XXXII, imp(erator) VIII²⁾, co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriciae) et

imp. Caesar [L.] Aelius³⁾ Aurel[i]us Commodus Aug(ustus) Antonini Aug(usti) fil(ius), divi Pii nepos, divi Hadriani pronepos, divi Traiani Parthici abnep(os), divi Nervae adnepos Germanicus Sarmaticus, tribun(icia) potest(ate) III⁴⁾, imp(erator) II, co(n)s(ul), p(ater) p(atriciae)

peditibus et equitibus, qui militaverunt in cohorte I Flavia Numidarum⁵⁾, quae est Lyciae Pamphyliae⁶⁾ sub Licinio Prisco leg(ato)⁷⁾, Iulio Festo tribuno⁸⁾, quinque et viginti stipendis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, civitatem Romanam, qui eorum non haberent, dederunt et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut cum iis, quas postea duxissent, dumtaxat singulis a. d. X k. Apriles Ser. Scipione Orfito, [P.] Velio Rufo co(n)s(ulibus)⁹⁾. ex equite Valerio Valeri f. Valenti castr(is).

Descriptum et recognitum ex tabula aerea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

Descriptam ab eodem Syrku misit ediditque I. Ponialowsky cum n. LXVIII. Repraesentavi utrumque exemplum, scilicet ipsum Syrkowianum ab editore mihi missum, cum suis naevīs, quatenus typi permiserunt. In interiore pessime scripto litteras deformatas ita ut agnoscerentur ad consuetam formam revocavi, ea de quibus dubitari potest, ut potui reddidi. Exterior in universum recte legi apparet; quae errata sunt, ut 6 XXXIII, 7 AVREVS, 16 DIMMISSIS, 17 RV, 23 D pro P omnino, 28 AGV, pleraque ad exceptorem referenda sunt ceteroquin diligenter officio functum.

1) Lex haec, quae prima innotescit lata a Marco post obitum Veri, in nomine illius honoribusque efferendis plane concordat cum inscriptione urbana arcus Marco a senatu dedicati a. 176 (vol. VI n. 1014). Confirmatur igitur post Veri mortem cum fratris consecrati nomen maioribus interposuisse, nominibus autem Armeniaci Parthici Medici legitimo usu abstinuisse.

2) Pro IMP · VIII, ut traditur extr., vel IMP · VII, ut videtur esse intus, requiritur IMP · VIII; nam inscripti sunt nummi cusi per tr. p. XXXI, id est a. 177, alii *imp. VIII*, alii *imp. VIII*, cusi tr. p. XXXII omnes *imp. VIII* (Eckhel 7, 64. 65).

3) Lex haec, quae prima est data a Commodo, etiam primis annis Aelio nomine tamquam legitimo eum usum esse ostendit, id quod antea opinor ignorabatur; nam titulum Emonensem vol. III n. 3843 non eius esse in adnotatione ad eum ostendi.

4) Aes in utroque exemplo etiam n admittit; sed requiritur m.

5) In titulo Brundisino (C. I. Gr. vol. III p. 1254 n. 5783 c) mentio fil $\chi\acute{\omega}\zeta(\tau\eta\epsilon) \alpha'$ [Φλ. N]ουμιδων [ἐκ] Πέργης τῆς [Πα]μφυλίας.

6) Esse debuit in *Lycia Pamphylia*.

7) Quod plerumque statuunt propter fragmentum Dionis 69, 14 ab a. inde 135 Lyciam et Pamphyliam sub proconsulibus fuisse, ei et titulus contrarius est C. I. Gr. vol. III p. 1140 n. 4303 h' scriptus sub legato pro praefore imperante Pio et haec lex a. certe 178 provinciam sub imperatore fuisse declarans.

8) Praeter consuetudinem iunguntur legatus et tribunus, quod huius provinciae exercitus una sola cohorte conficiebatur.

9) *Orfito et Rufo* intus. — In annis legitime significandis eum consules suffecti locum suum retinuisse videantur ad Commodam usque (v. *Staatsrecht* 2², 87), probabile est anni 178 primum nundinium quadrimestre fuisse, neque id difficultatem facit, quamquam pleraque nundinia tum bimestria fuerunt (l. c. p. 82). — Ordinariorum eius anni plena nomina nunc demum emergunt. Disputavit de iis Borghesius opp. 3, 58 seq. Floruerunt per hos annos Ser. Calpurnius Scipio Orfitus salius Palatinus defunctus a. 191 (VI, 1980, 12 cf. Fabrett. 744, 518) et Cornelius Scipio Orfitus creatus salius Palatinus a. 189 (VI, 1980, 10. 1981, 3); uter a. 178 fascēs tenuerit, dubitari potest, quamquam praenomen priori favet. — Collegam Orfiti, quem Borghesius (l. c.) iudicarat fuisse Q. Tineium Rufum, iam intellegimus fuisse P. (?) Velium Rufum, quem c. a. 183 Commodus occidit (vita c. 4: *interfecta et Vitrasia Faustina et Velius Rufus et Egnatius Capito consulares*).

intus: tabella prior.

- IMP CAESAR DIVI ANTONNI F //DEVI N/EGH/E/ILIII
 MAXIM FR/S/T P IVI IEDRMNI NEI · P · DIVI TRAIANI
 PARTHICI PRONR DIVI NRCVAE ABNAPO M AVRA
 VSANCLININ AVT · GERMANIC · SARMATINMN
- 5 FIFE MAXIMV · TRIRVNIIAN \ XXXII IMP VII COS III P I · I
 IMP · CAESAI/AEIVARELLV COMMODVS LC · ANTONI
 AVG · FLI · DIVI PII NEPO DI O VI IADRANI PRONEP
 DIVI TRAIANI PARTH · IN NFTO DIVI NERVAE PNEPOS
 GERMAN IFRMATIC TRIBVN · POT IILM · LI CNS · P · P ·
- 10 PEDITIBV ET EQVITIRV QVI MILITAVERVNT NCPYL¹ A²
 TE I FIAVII NVMIDAR QVAE EST LYCIAE MMIPYLLAC
 SVR LICINIO PRISCO LEG IVLIO FESTO TRIBVNO QVIN
 QVE ET VIGINTI STIPENIIS EMERTIS DIM/SSIS
 HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA SVBSCRII
- 15 SVNT CIVITATEM ROMA O NAM QVI EORV NON HA
 IERENT DEDERVNT ET COIVBIVM CVM VXORIBV QVA
 V HABVISTNT CVM EST CIVITAS IIS DAT AVT
 \ IIS QVA POSTE DVISSNT DVMTAXAT
 SINGVLIS

tabella posterior.

- A D · X · K · APRILES
 ORFITO ET RVFO COS
 O
 EX EQVITE
 VALERIO VALEEI F VALENTI CAST
 O
- 5 DESCRIPTVM ET RECOGNIT EX TABVI AREA QVAE
 FIXR EST PNAI IN MVE POS TEMPIV DIVI AVG · AD
 MINERVAM

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI ANTONINI FIL DIVI VERI
 XIMI FRATER DIVI HADRIANI NEPOS /
 PARTHICI PRONEPOS DIVI NERVAE AD
 AVRELIVS ANTONINVS AVG GERMANICVS D
 5 TICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC POTES
 XXXIII · IMP · VIII · COS · III · P · P · ET
 IMP CAESAR I · AELIVS AVREVS · COMMODVS AVG
 ANTONINI AVG · FIL · DIVI PII NEPOS · DIVI HADRIA
 NI PRONEPOS DIVI TRAIANI PARTHICI ABNEP · DI
 10 VI NERVAE ADNEPO GERMANICVS SARMATICVS
 TRIBVN POTES III · IMP · II · COS · P · P ·
 PEDITIBVS ET EQVITIBVS QVI MILITAVERVNT IN
 COHORTE · I · FLAVIA NVMDARVM QVAEST LYCIM
 PAMPHYLIAE SVB LICINIO PRISCO LEC IVLIO
 15 FESTO TRIBVNO QVINQVE ET VIGINTI STIPENDIS
 EMERITIS DIMMISSIS HONESTA MISSIONE QVO
 RV NOMINA SVBSCRIPTA SVNT CIVITATEM ROMA
 NAM QVI EORVM NON HABERENT DEDERVNT ET CONV
 BIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVSSENT CVM
 20 EST CIVITAS IIS DATA AVT CVM IIS QVAS POSTEA DV
 XISSENT DVMTAXAT SINGVLIS A D X K · APRI
 SER · SCIPIONE · ORFITO
 D · VELIO · RVFO
 EX EQVITE
 25 VALERIO · VALERI · F · VALENTI · CASTR
 DESCRIPTVM ET RECOGNITVM ET TABVLA AEREA
 QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO POST TEMP
 LVM DIVI AGV AD MINERVAM · O

tabella posterior.

C · BELLI		VRBANI
L · SENTI	o	CHRYSOCONI
TI · IVLI		CRESCENTIS
I · PVLLI		MARCIONIS
5 S · VIBI	o	ROMANI
C · PVBLICI		LVPERCI
M · IVNI		PII

LXXII. IMP . . . LVCILIANO.

inter a. 216 et 247? rep. Adóny, extat Pestini.

Tabula aerea fracta nuper reperta Adóny in Pannonia inferiore, ubi fuit Vetus Salina (vol. III p. 431) proditque item similis legis fragmentum n. LXV editum supra p. 184.

tabella prior: intus.

H R
ALPIN·PEDIT·I·
N·ET P HEMESEN·ET·
ERIOR·SVB POMPON
5 E ET VIGINTI STIPEN
IS HONESTA MISSIONE
A·SVBSCRIPTA SVN
NAM QVI EORVM NON
T CONVBIVM CVM VXO
10 ABVVISSENT CVM ES
AT AVT CVM IS QVAS
ENT DVMTAXAT

tabella prior: extrinsecus.

QVORVM NOMINA SVBSCRIP
ROMANAM QVI EORVM NON
CVM VXOR·QVAS TVNC HABVIS
S IIS DATA AVT CVM IS QVAS POS
5 TAXAT SINGVLIS PRAETEREA
DECVRIONVM ET CENTVRIO
PROVINC·EX SE PROCREATIS
LANI·ESSENT·A D·III·IDVS·AVG·
AEMILIO SEVERO·CANTABRINO COS·
10 EST·OCTAVIVS FVSCVS·
VRIONE·
LVCILIANO POROL·
SECVNDINAE VX·EI·BASS
ANO F EI·ET LVCIDAE F EI·
15 ER·QVE FIXA EST·ROMAE
AD·MINERVAM·

[Imp. Caes.]

[equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis . . . et cohortibus . . . quae appellantur] [T]hra[ecum et prima] Alpin(orum) pedit(ata) e[st] n(orum) et p(rima) Hemesen(orum), et [sunt in Pannonia inf]erior(e) sub Pompon[io quinqu]e et viginti stipen[dis emeritis dimiss]is honesta missione

quorum nomina subscripta sun[t, civitatem] Romanam, qui eorum non [haberent, dedit e]t conubium cum uxor(ibus), quas tunc habuissent, cum es[t civita]s iis data, aut cum is quas pos[tea duxiss]ent dumtaxat singulis; praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[rum, qui cum filis in] provine(ia) ex se procreatis [milites ibi castel]lani essent.

a. d. III idus Aug. Aemilio Severo Cantabrino cos.

[cohortis], cui pra[est] Octavius Fuscus, [ex cent]urione f. Luciliano Porol(issensi); Secundinae ux(ori) ei(us); Bass [filio eius et] ano f(ilio) ei(us) et Lucidae f(iliae) ei(us).

[Descriptum et recognitum ex tabula a]er(ea), que fixa est Romae [in muro post templum divi Augusti] ad Minervam.

Edidit tabellam primus Iosephus Hampel in actis Hungaricis (*Arch. Ertésitő* XIII p. 9—14) descriptam diligentissime adiecta praeterea forma partis

interioris neglegenter scriptae et propterea lectu difficilis. Nililominus cum litterae quaedam effractae vel ob alias causas dubiae scrupulum mihi movissent, oculis meis tabellam ut inspicere liceret Berolinum transmissam, a musei praefecto Francisco Pulszky optimo amico et horum studiorum egregio patrono impetravi. Iterum edidi ego adiectis tabulis curante Ottone Hirschfeld diligentissime ligno expressis apud Benndorfium et Hirschfeldium *archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich* vol. 3 (1879) p. 2 seq., unde quae sequuntur repetita sunt.

De lectione haec observanda sunt. — Partis interioris v. 1 tertia littera quae videtur fuisse A non satis certa est. — 3 pro P Hampelius legit II, non recte. — 11 AT potius est quam quod dedit Hampel TA. — Partis exterioris v. 7 ante PROVINC quod remanet exiguum elementi vestigium pro N ab Hampelio acceptum non minus recte ad I, L, A, M cet. referetur. — 8 prima littera fracta num I fuerit an M vel I, aliquamdiu dubius haesi, sed aere diligenter considerato Hampelii lectionem omnino probandam esse et ego intellexi et intellexerunt aere inspecto viri periti alii. — In redintegratione spatiorum rationem ita habui, ut propter compendia arbitraria in hoc genere scripturae in parte interiore vulgaria ibi quoque, ubi vocabulis solito more perscriptis spatium deerat, consuetas formulas retinerem excepto uno loco int. 6, ubi cum requiratur [DIS PLVRIBVSVE EMERITIS DIMISS]IS HONESTA MISSION, deficiant autem litterae tantummodo plus minus tredecim, PLVRIBVSVE vocabulum omisi. — Extr. 10 pro *cohortis* eodem iure poni potest *alae*, item 11 [*dec*]urione pro *centurione*.

Consulis alterius nomen quod remansit *Aemilii Severi Cantabrimi* plane ignotum est, ut ne familiae quidem ulla memoria praeterea extare videatur. *Cantabrimi* cognomen adeo nunc primum opinor innotescit componendum id cum *Allobrogicino* et *Graecino* (cf. C. I. L. vol. I p. 178). Severum Cantabrinum consulem suffectum fuisse paene certum est cum propter diem (Aug. 11), tum quod inter ordinarios, ut Cantabrinum mittam, ne Severus quidem ullus reperitur, de quo recte cogitemus. Itaque probabile est legem ante a. 247 datam esse; nam certe ab eo tempore inde in legibus his anni ab ordinariis nuncupantur (v. *Staatsrecht* 2^o p. 88). — Cum ex reliquiis legis quas habemus de anno non constet, ne hoc quidem determinari potest, cuius imperatoris quorumve imperatorum nomina praescripta fuerint. Sane lex ante Diocletianum scripta est, cum in eo collegisque privilegia haec deficiant ratione militiae universa immutata. Sed adsunt indicia aetatis alia paullo certiora. Barbarismum *que* pro *quae* III, 15 in diplomatis ad Marcum usque non reperiri, at ab anno inde 216 constanter fere adesse monni C. III p. 919. E contrario ex iis quae de consulibus modo exposui efficitur legem anno 247 priorem esse. Denique cur tabula non ante Alexandrum scripta esse videatur infra monstrabo. Itaque probabile est legem datam esse inter Alexandrum et Philippos.

Ex nomine exercitus, ad quem privilegium pertinuit, in aere non superest nisi pars vocabuli ...ERIOR; intellegi Pannoniam inferiorem colligitur cum ex loco, unde aes prodit (nam veteranos vitam exegisse fere in provincia,

in qua meruissent, demonstravi C. I. L. vol. III p. 916), tum ex cohortium nominibus quae in aere supersunt. Nam diploma a. 167 (C. I. L. III p. 888) in exercitu eius provinciae et Thracum cohortes tres enumerat, scilicet I Thracum Germanicam civium Romanorum, I Augustam Thracum, II Augustam Thracum, et cohortem I Alpinorum peditatam; cohortem autem primam miliariam Hemesenorum nominant eiusdem provinciae tituli non pauci saeculi tertii (C. III n. 3328. 3331. 3334; Eph. epigr. II n. 595. 596. 598. 600). — Legati eius provinciae Pomponii (cognomen intercudit) alibi mentionem non inveni.

Sed quae praeterea in aere reperiuntur cum aut vulgaria sint¹⁾ aut obscura, comma quo privilegium finitur minime vulgare est nec fortasse ita obscurum, ut de explicatione desperandum sit. Scilicet cum principium dispositionis ad verbum respondeat privilegiis iis quae peregrinae conditionis militibus provincialibus ab a. 154 inde concedebantur (C. I. L. III p. 907), clausula:

PRAETEREA
 { DECVRIONVM ET CENTVRIO
 { PROVINC EX SE PROCREATIS
 { LANI ESSENT

nunc primum emergit. Neque id per se offendit. Nam privilegia auxiliariis provinciarum militibus concessa cum satis multa supersint ad Marcum usque, adhuc nullum habuimus anno 178 (supra p. 502) posterius; crediderimque hoc de quo agitur longo intervallo a reliquis sciungi, praemia autem veteranorum interim mutata esse.

Ea mutatio quae fuisse videatur antequam expono, error quem in privilegiis antea notis enarrandis commisi mihi retractandus est, cum ab ea quaestione aeris huius interpretatio pendeat. Scilicet cum huiusmodi peregrinae conditionis militibus ad a. 145 civitas Romana concessa esse inveniatur et ipsis et *liberis posterisque eorum*, clausula autem haec in privilegiis per annos 154 ad 178 concessis deficiat, id dixi (l. c. p. 908) factum esse videri culpa eorum qui privilegia ea concepissent, quos sane hac aetate constat officio parum diligenter functos esse. At iam apparet ius potius mutatum esse beneficio inter a. 145 et 154 ad ipsos milites restricto, ut

¹⁾ Quamquam in vulgaribus his non omnino praetereundum est, quod milites auxiliarii, quo tempore lex haec data est, post emerita quinque et viginti stipendia mittebantur. Nam stipendiorum numerum legitimum tertio saeculo crevisse norunt qui eius aetatis rem militarem non ex enchiridiis solis cognoverunt; scilicet classicorum ex sex et viginti facta esse duodetriginta privilegia ostendunt (C. III p. 907), legionariorum viginti crevisse ad quinque et viginti titulus Dacicus C. III, 1072 et Servius ad Aeneidem 2, 157 quaeque efficiuntur ex loco Modestini Dig. 27, 1, 8, 2 et constitutionibus Caracallae Cod. Iust. 5, 65, 1. 12, 35, 2. Auxiliariorum privilegia cum post Marcum deficiant, expectari potuit simile quiddam de iis cautum esse; nihilominus hoc aes ab antiquioris aetatis numero legitimo non recedit.

liberi ante civitatem adeptam nati deinceps in peregrina condicione remanent. Id quod confirmat qui c. a. 160 scripsit Gaius 1, 57: *veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve quas primas post missionem uxores duxerint* (poterat addere 'vel ante ductas retinuerint'): *et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani et in potestate parentum fiunt*, nam tacite cives Romanos esse negat liberos ex eiusmodi iuris peregrini matrimonio ante missionem natos. Iam vero hoc privilegio filiis ante id datum natis civitas conceditur sub certis condicionibus, quae cum integrae ad nos non pervenerint, supplementis opus fuit.

Supplementa formanda erant ratione habita ante omnia argumenti harum legum universarum, quod est de civitate et conubio, ut in his haec quoque clausula necessario versetur; item ratione habita clausulae recensentis inter beneficiarios praeter filios etiam filiam, ut non filiorum tantum, sed liberorum utriusque sexus privilegium hoc loco requiratur; item verborum *ex se*, quae secundum linguae leges requirunt ut veterani sint a quibus enuntiatum regatur¹⁾. Nam ad verba nascendi et oriundi cum praepositio *ex* ita applicetur, ut aequabiliter et de matre usurpetur et de patre²⁾, in legibus de hoc magis adhiberi solet, ut filius *natus ex aliquo* opponatur adoptivo; neque enim aliter id Latine dici potest³⁾, cum *filius naturalis* non usurpetur nisi de filio non iusto. His condicionibus ut satisfacerem et difficile negotium aliqua ratione expedirem, proposui quod supra legitur: *praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[rum, qui cum filis in] provinc(ia) ex se procreatis [milites ibi castel]lani essent*; aut, si cui magis placebit filios non inter castellanos, sed solita ratione militavisse, sic: *praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[rum, qui probatis filis in] provinc(ia) ex se procreatis [ipsi ibi castel]lani essent*.

Quod si quem offendit ita ex iis quae praecedunt prius comma solum cogitatione suppleri, scilicet *civitatem Romanam dedit*, cum posterius *et conubium . . . singulis* ad filios non recte referatur, fortasse hoc ne verum qui-

¹⁾ Velim ne leviter hoc aestiment, quibus studia haec hodie curae sunt adsuefacti scriptionibus Latinis quae dicuntur doctorum tertiae magis quam secundae declinationis hominum et propterea saepe iusto mitiores. Neque enim hic agitur de titulo aliquo privato, quos omnis generis soloecismis abundare nemo negat, sed de lege publica eius generis, in quo barbarismi fabris imputandi, ut illud *que pro quae*, ante tertium saeculum nulli, barbarismi autem, qui ad auctorem legis redeant, nullo tempore ulli reperiuntur.

²⁾ Inde non minus recte dicitur *nepos ex filio natus* quam *nepos ex filia*. Adde locos quosdam. Ennius fragm. 346 Vahlen: *nere tu unquam in gremium extollas liberorum ex te genus*. Terentius Hecyra 655: *si ex me illa liberos rellet sibi*. Adolph. 15: *ex me hic natus non est, sed frater ex meo*. Sallustius Iug. 5, 7: *is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque . . . eodem cultu quo liberos suos domi habuit*. Ulpianus Dig. 49, 15, 21 pr.: *si quis . . . ex se natum sub titulo naturalis filii . . . manumiserit*. Cf. Handius in Tursellino 2 p. 636.

³⁾ Simili ratione lege cautum erat ut socii nominis Latini cives Romani fierent *ii qui stirpem ex sese domi relinquerent* (Liv. 41, 8).

dem est; nam si ponas veteranum tempore missionis habuisse filium maritum, id quod fieri potuit, omnino filio quoque conubio opus fuit, ut matrimonium iustum evaderet et liberi ex eo nati in potestate avi essent. Sed ut qui leges composuerunt de eo casu non cogitarint, quod ego quoque magis negaverim, cum posterior certe clausulae pars de uxore post missionem ducta ad liberos parum recte extendatur: privilegia eius temporis, quo civitas Romana liberis quoque veteranorum una cum ipsis concedebatur, plane simili ambiguitate scripta esse inveniuntur; sic enim ibi est: *ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus quas tunc habuissent cum est civitas iis data* et quae sequuntur. Itaque haec aut ita ut supra indicavi explicanda sunt aut certe toleranda.

Sed militum castellanorum vocabulum, in quod sponte incidit etiam Hirschfeldius, quo pertineat iam videamus.

Militiae Romanae rationem Alexander ita mutavit, ut eam ex aliqua parte et colonam faceret et hereditariam. *Sola*, ait qui vitam eius scripsit c. 58, *quae de hostibus capta sunt limitaneis ducibus et militibus donavit ita, ut eorum essent, si heredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent; addidit sane his et animalia et servos, ut possent colere quod acceperant, ne per inopiam hominum vel per senectutem possidentium desererentur rura vicina barbariae, quod turpissimum ille ducebat* (cf. vita Probi c. 16). Haec rura hostibus erepta et barbarico solo vicina proprie esse *castella* colligitur ex lege a. 423 (C. Th. 7, 15, 2 = C. Inst. 11, 60, 2): *quicumque castellorum locos quocumque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castellorum territoria quibus adscripta sunt et de quibus iudicavit antiquitas. Quod si ulterius vel privatae condicionis quispiam in his locis vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum honorum publicatione plectatur*. Iidem agri sub nomine limitotrophorum sive limitaneorum passim in constitutionibus commemorantur; id quod vel rubrica significat Codicis Iustiniani (11, 60) *de fundis limitotrophis et terris et paludibus et pascuis limitaneis vel castellorum*. Huius instituti, quod ad Alexandrum rerum scriptores referunt, tanquam corollarium est quod aere Pannonico significatur, scilicet militibus peregrinae condicionis cum honesta missione civitatem Romanam ita concessam esse, ut gregales ipsi tantum eam acciperent, decuriones autem et centuriones una cum liberis, modo illi relati essent inter milites castellanos filiosque eiusdem condicionis haberent, aut, si mavis, modo ipsi relati essent inter castellanos filiosque milites haberent. Filii autem requiruntur ex ipsis procreati, non adoptione quaesiti, ne orbus in fraudem legis privilegium usurpet.

LXXIII. VALERIANVS ET GALLIENVS P. ANNEIO
PROBO.

a. 254 d. Ian. 13 (immo 7) rep. Industriae, extat Taurinis.

Tabellae duae aerae iunctae filo aeneo, quas Industriae, nunc *Monteu da Po*, repperit Baptista Micca, comparavit advocatus Victorius del Corno Crescentinensis, ex cuius dono iam adservantur in nummophylacio regio Taurinensi.

(textum vide p. 514. 515.)

Imp. Caes(ar) P. Licin(ius) Valerianus Pius¹⁾ Fel(ix) Aug(ustus) pont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) II, [consul II et]²⁾

Imp. Caes(ar) P. Licinius Egnatius Gal[i]enas Pius Fel(ix) Aug(ustus) pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) II, co(n)s(ul)

nomina militum, qui militaverunt in cohortibus praetori[s] Valerianis Galienis d[ecem] I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIII. X piis vindici[bus], qui piae et fortiter militiam funct[i] sunt, ius tribuimus conu[bi]i³⁾ [dumtaxat cum sin]gulis et primis uxoribu[s], ut etiam si pe[re]grin[i] iuris feminas in matrimonio suo in[n]xerint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos.

a. d.⁴⁾ id. Ian. imp. Valeriano Aug. II et Galieno Aug. co(n)s(ulibus) coh(ortis) I pr(aetoriae) Valerian(ae) Galienae p(iae) v(indicis). P. Annio P. f. Probo Pap. Petobione.

Descriptu(m) et recognitu(m) e[x] tabula aerae, quae f[i]xa est Rom(ac) in mu[ro] pos[t] templum divi Aug(usti) ad M[inervam].

¹⁾ PIVS/IVS intus ut videtur vocabulo male geminato.

²⁾ COS · II · ET omissum est intus, extrinsecus deficit in hiatu. Patris patriae et proconsulis vocabula in neutro imperatore videntur adscripta fuisse.

³⁾ CONVBVII aes.

⁴⁾ Excidisse videtur VII (cf. vol. III p. 913).

Vidi. Vinc. Promis in actis academiae Taurinensis minoribus vol. 13 (a. 1877/78) p. 565 testium nomina edidit, vol. 15 (a. 1879/80) p. 243 meo adiutorio usus totum diploma adiecta tabula. Interiores paginae tam male scriptae sunt, ut prioris (quam in tabula repraesentavit Promis) partem totamque posteriorem legere non potuerimus. Hoc apparet partem tantum in ea scriptam fuisse plerisque omissis.

intus: tabella prior.

IMP CAES P LICIIVS VALERIA
NVS PIVS / IVS FEL AVG
PONT M / X TR POT II
IMP CAES P LICIIIIII
*sequuntur versus tres lectionis
parum certae.*

*tabella posterior
legi non potuit.*

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAES P LICIN
 PIVS FEL AVG PONT MAX TR
 IMP CAES P LICINIVS EGNATIVS GAL
 FEL AVG PONT MAX TRIB POT II COS
 5 NOMINA MILITVM QVI MILITAVERVNT IN C
 BVS PRAETORI/ VALERIANIS GALIENIS D
 I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII VIII · X · PHS VINDICI
 QVI PIAE ET FORTITER MILITIAM FVNCT
 IVS TRIBVIMVS CONVBVII
 10 GVLIS ET PRIMIS VXORIBV

O

RE////I IVRIS FEMINAS IMMATRIMONIO SV
 O IV/XERINT · PROINDE LIBEROS TOLLANT AC SI
 EX DVOBVS CIVIBVS ROMANIS NATOS · A D ID IAN ·
 IMP VALERIANO AVG II ET GALIENO AVG COS
 15 COH · I · PR VALERIAN GALIENA · P · V ·
 P · ANNEIO · P · F · PROBO ·

PAP PETOBIONE

DESCRIPTV ET RECOGNITV E/ TABVLA AEF/

C/// FIXA EST ROM IMMV// POS|

20 ///AVG AD N

tabella posterior.

M · AVRELI	QVINTIANI
L · AVRELI	SIMPLICI
P · APPEI	MARCELLINI
C · CAELI	GERMANICINI
5 P · AELI	BASSANI
M · AVRELI	MAGRINI sic
P · BELLICI	VICENTI

TH. MOMMSEN.